Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Dixerunt · Venite eamus ecce
sic plebs iam cum clericis sollem
nizat in ecclesia, et nos sollem
nizare debemus cum suis de
nariis hodie in taberna · Hii
dum domum eius ingressi sunt
et huc illucque respicientes
sed neminem videntes preter
unum lactantem caniculum
cui unus ex eis caput pri
mus amputavit · Quo facto
ianuam camere et cistas non
sine labore reserantes [illegible]
crumenas cum argento et
sterlingis repleverunt · et qui
libet suam in sinu suo diligenter
occultavit · Res mira nimis
que stupenda · Et caput
canis abscisum tam diu tam
vehementer latrare cepit
quousque famuli de coquina
que procul stabat in curia
et sacerdotes cum plebibus ve
nirent de ecclesia et comprehende
rent fures cum furto in ca
mera, qui et apertis oculis
patentem ianuam huc illucque
errantes non poterant inve
nire · Tunc omnis qui aderat
properavit in laudes beate
Katherine que sui devoti con
stanciam tam stupendo et mi
rabili miraculo dignata
est custodire · De sancta
Agna et agno · xviii ·

Cum parentes beate Ag
netis octavo die iuxta tu
mulum eius vigilarent, vi
derunt chorum virginum vestibus
aureis radiantem, inter quas
viderunt beatam Agnetem
simili veste fulgentem, et
ad dexteram eius agnum can
didiorem nive stantem · Quibus
illa · Videte ne me tamquam
mortuam lugeatis, sed con
gaudete mecum et congra
tulamini quia cum hiis omnibus
lucidas sedes accepi, propter
hanc visionem celebratur
festum Agnetis secundo ·

De constancia legenda · xx ·

Constancia autem virgo,
filia Constantini lepra
gravissima laborans, cum
hanc visionem audisset, tu
mulum adiit et ibi dum in oratione
persisteret obdormivit, viditque
beatam Agnetem sibi dicentem ·
Constanter age Constancia,
si in Christum credideris continuo
liberaberis, ad hanc vocem evi
gilans perfecte se sanatam
invenit · Que baptismum
recipiens, super corpus beate
Agnetis fecit basilicam